



tor particulariter consideravit, & nominavit sed non substituit, ut respondit Rot. in d. Romana, seu Florentina...

18 Quod si reperitur praelationem masculorum attendendam esse inter descendentes eiusdem lineae, non autem...

19 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

20 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

21 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

22 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

23 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

24 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

25 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

26 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

27 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

28 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

29 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

30 Sub dicto fideicommissio ut supra purificata, comprehendit quoque visa sunt quatuor bonorum corpora, ad qua...

pondit decisio praefata coram bon. mem. Albergato edita...

Detractiones denique dotium Ursulae matris, & proprie Vinceniae...

Non attento quod praefati fundi Dotales alienati fuerint a marito...

Propria autem Dos Vinceniae vel satisfacta fuit ex pluribus aliis bonis...

Et ita utraque parte audita, & omnibus DD. suffragantibus resolutum est.

R. P. D. CAPRARA.

Romana seu Verulana Fideicommissi.

Mer. 10. Maii 1690.

ARGUMENTUM.

Testator potest de re haereditate disponere, illamque fideicommissio gravare...

SUMMARIUM.

- 1 Virtus fideicommissi conventionalis datur Immissio.
2 Prout etiam conceditur virtute fideicommissi constituti in donatione.
3 Haeres pro rata enoluntatis tenetur fideicommissum conditum ab Autore omnino servare.
4 Potest Testator de bonis Haereditis seu ex fideicommisso ad ipsam Haereditatem devolvendis, non minus quam de propriis disponere tam in ultima voluntate quam inter vivos.
5 Testator dicitur de bonis haereditis disponere voluisse si illa nominatim descripsit.
6 Voluntas Testatoris disponendi de re haereditis non excludit ex quo ipse esset haeres gravatus, & bona tantum sua in dispositione descripsit.
7 Scientia Testamenti & fideicommissi ex quibus resultat.
8 Scientia fideicommissi in filio etiam ex conjecturis potest deduci.
9 Testator potest res Haereditis legare & fideicommittere, etiam quod illas possideret credens esse suas.
10 Ut hoc servetur hoc ignoraverit esse Haereditis.
11 Ex quibus inducatur acceptatio fideicommissi.

12 He-

12 Haeres acceptando ad fideicommissum Autoris dicitur cum Testatore quasi contrabere.

13 Acceptatio fideicommissi in re ad Haereditem spectante praesumitur ab eo quod attendatur scientia vel ignorantia & n. 14. & 15.

14 In actu adhibiti favore Agnationis nulla consideratur lesio.

15 Minusque in acceptance fideicommissi recipi.

16 Licet illud non extiterit favore sui ipsius purificationem.

17 Fideicommissio conventionalis & particularis venit ab Haerede simpliciter praesumendum, etiam ultra vires hereditarias.

18 Legitima & Trebellanica dimidiam partem totius assis constituunt.

19 Prohibito ad tempus post tempus censetur permissum.

20 Filiis primi gradus non imputantur fructus in Trebellanicam.

21 Defectus Inventarii non impedit detractionem Trebellanicam.

22 Minusque legitima.

23 Alienationes modice attento esse hereditario non sunt aptae secum ferre praesumptionem consumptionis detractionem etiam concurrente defectu Inventarii.

DECISIO LXXXVIII.

Immissionem ad bona subjecta fideicommissio Conventionalis, & reciproco ordinato per Sylvium anno 1577...

Cum enim circa controversiam concurrant hic omnia extrema ad intentatum iudicium necessaria, nimirum existentia fideicommissi reciproci ac lineari ejulque purificatione ad favorem adorum, & bonorum identitas...

Nec ad impediendum immissionem proficere visa sunt unica exceptio antiquioris fideicommissi ad Saturno ordinati super praefatis bonis, quae proinde non potuerit per Sylvium filium novo fideicommissio gravari in praedictum ejus descenditum proprio Jure vocatorum...

Text. in l. Imperator 72. ff. de sensum, & ff. cum quidam ff. de legat. 2. & l. cum Pater 79. ff. Titio fratri eodem titulo l. quod de bonis 15. ff. quod Avus ff. ad l. falcid. Bellon Jun. conf. 99. a num. 15. usque ad 21. Peregrin. conf. 62. a num. 1. ad 6. lib. 4. & in tract. de succ. lib. 12. tit. 12. num. 12. fol. mibi 337. Card. de Luca de fideicommissis disc. 134. num. 16. & fuit dictum in voto emanato coram Reverendiss. Decano in causa Ferrarini Fideicommissi de Turchis 19. Augusti 1617. ff. huc sufficere & in aliam coram R. P. D. Hervault 30. Augusti 1688. ff. non solum & Rot. dec. 125. num. 13. & 14. post Merlin. de pigvor. & dec. 19. n. 4. & 5. par. 5. sec. cum satis notum sit, potest Testatore de bonis haereditis, seu fideicommissum ad ipsum haereditatem de volendis non minus quam de propriis disponere tam in ultima voluntate l. unum ex familia ff. rem tuam & l. cum Pater 79. ff. cum Titio ff. de legat. 2. l. haereditum C. de fideicommissi. & ff. potest autem instit. deserv. reb. per fideicommissi. rel. Nicol. Bellon. conf. 9. num. 9. & 10. Rot. coram Coccin. dec. 1507. n. 1. & dec. 1623. n. 1. & in recent. dec. 444. sub num. 2. par. 4. dec. 19. num. 1. & dec. 129. num. 2. par. 5. & dec. 240. par. 9. & dec. 613. utrobique num. 27. & 212. par. 112. quanti inter vivos l. prima in princ. ff. de except. rei judic. Cyriac. contrav. 160. num. 12. Rot. dec. 343. n. 3. par. 3. rec.

Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

Nec in dubium fuit revocata voluntas Sylvii disponendi de dictis bonis pro rata, quae provenit a fideicommissio Saturni, quia dum illa specificet ac nominatim cum suis distinctis validitatibus & confinibus expressis recte dicitur constare de voluntate juxta distinctionem Textus in l. 5. seq. quae ff. de legat. 2. Peregr. conf. 41. n. 13. & seqq. lib. 3. & in tract. de fideic. art. 6. num. 16. Rot. dec. 375. sub n. 6. par. 1. & dec. 444. in princ. par. 4. rec.

Nullatenus refragante quod eadem bona denominavit sua ibi sua bona praedicta quasi putaverit sua propria ac libera non autem fideicommissaria, quia haeres quamvis fideicommissio gravatus, & possessor, hujusmodi modolus quedi verificatur etiam in ejus persona, ut notat Laderch. 6. Immol. conf. 111. n. 1. vers. sed itaque Card. de Luca de fideicommissi. disc. 59. num. 6. Peregr. de fideicommissi. art. 23. num. 29. cum nostra dicamus etiam ea quae restitutioni sunt obnoxia l. non ideo ff. de rei vendic. l. prima ff. servi appellat. ff. ad Senat. Consult. Sillan. l. & post item ff. i. ff. fam. etiam d. ff. sur. ff. de rei vendic. & simili modo fuit responsum ad alia verba proemia instrumenti ibi cum habeant & possideant infra scripta bona quia ex eis non Dominum, sed possessionem & detentionem significari dixit in his terminis Job Horivus conf. 37. n. 4. in fine.

Addebatur praeterea quod scientia Testamenti & fideicommissi paterni satis resultare videbatur, tum ex conjunctione sanguinis, tum ex cohabitatione Sylvii cum Saturno Patre juxta familiaritatem quae insinuat verbantur, dum Sylvius filialis obsequio bona Saturni Patris de illius commissione locabat ut est sum. fratrum n. 13. tum ex majori ejus aetate tempore quo pater condidit Testamentum, tum ex brevitate temporis, quae intercedit inter Testamentum & obitum Saturni ac fideicommissum ad Sylvio filio ordinatum, tum etiam ex quo agitur de Testamento non in scriptis, sed nuncupativo quod lotet de venire ad notitiam omnium propter Notarium & Testes ibi adscriptos, qui solet contenta in testamento publicare, & manifestare ut observant Castren. conf. 94. sub n. 1. vers. in dubio, & n. 2. lib. 1. Roland. conf. 36. n. 12. & 112. lib. 2. Gozzadin. conf. 9. n. 21. Berous. conf. 130. n. 18. & 19. lib. 2. Hon. dec. conf. 33. n. 28. cum duobus seq. lib. 1. & Rot. coram Bich. dec. 6. n. 19. & seq. cum hujusmodi scientiam in filio deducatur etiam ex conjecturis & praesumptionibus, Nicol. Bellon. conf. 9. n. 13. Dec. conf. 286. n. 17. Cyriac. contr. 610. n. 4. Rot. coram Burat. dec. 658. n. 4.

Non omisso praeterea quod quatenus adfuisse praesentia credulitas (quae satis ex supradictis remanet exclusae) potest Testator res haereditas legare, & fideicommittere etiam quod illas possideret, credens esse suas lege unum ex fa m. l. 9. 69. ff. neque leam filius ff. ff. Dominus ff. de legat. 2. & utrobique Bart. & Bald. Soccin. Jun. C. 124. nu. 77. lib. 1. & conf. 107. n. 57. volum. 3. Bellon. a. conf. 9. n. 9. Rob. Gonded. conf. 37. n. 11. & 12. Gabre. Cod. 85. num. 6. lib. 1. Peregr. de fideicommissi. art. 23. num. 15. & five fecerit vel ignoraverit esse haeres Fufar. de substit. quae ff. 698. num. 9. Rot. coram Poeta dec. 407. num. 2. coram Durano dec. 10. n. 1. coram Coccin. dec. 1358. num. 13. & 14. & coram Card. Cerro dec. 397. num. 9. & 10.

Minus fuit dubitatum de acceptance hujus fideicommissi conventionalis ex parte Matii, cum respectu descenditum Pauli Aemilii Confideicommissitantis, & aliorum successorum Sylvii non fuerit controversia, & liquido constat ex suam. actorum n. 10. & 14. quia illa satis perspicua apparuit, nedum ex possessione bonorum illi subiectorum independenter a Jacobo Patre, cui jus haereditatum dicitur renunciatae, verum etiam ex immissione ad illa ex hoc titulo pluries petita, & obtenta in dicto sum. n. 4. & clarior ex iudicio immissionis intentato contra successores Pauli Aemilii super purificatione fideicommissi ad sui favorem ex capite alienationum per illos factarum dicto n. 4. in fine, & tulus in sumario responsionis n. unico, & fuit admittum in utraque dec. coram bon. mem. Romandino sub die 15. Junii 1682. ff. huc omnia, & 28. Januarii 1683. ff. bona autem, & his omnibus circumstantiis perpenis firmavit Rot. in Viterbien. castorum 14. Martii 1618. coram Sacrat. ut ex particula data in eodem sum. n. 5.

Nec vis, & efficacia acceptantis vitari videbatur ex opposita ignorantia antiquioris fideicommissi Saturni in Mario, quia cum obligatio servandi gravamen oriatur ex aequivalenti emolumento quod Marius consequitur in bonis propriis Sylvii gravatis, & proportionalibus

K 4 ca.









